



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 5. Deum fulmina ostendere sæpius, quam mittere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

tur. De quibusmeritò dicitur: *Procul à Ioue, procul à fulmine.* At D<sup>E</sup>I judicia non sunt præcipitata. Nulla crima dānat, nisi, quæ ipse oculatus testis habet probata. Quę vbi, ad pœnam matura esse deprehendit, etiam procul ferit. Nemo enim nocens tam potest procul à D<sup>E</sup>O recedere, vt eò sese potentia illius nō extendat; nemo ad eum tam propè adire, vt ei fulmē noceat innocentι. Qua propter longè rectiùs D<sup>E</sup>O conueniret id, quod in Antonini Pij, atq; etiā in aliquot Neronis numīs, cernere est, fulmen in thoro collocatū: aut, quod in suis symbolis Carolus V. & Maximilianus II. usurparunt: in quorū Numismatis, *Aquila fulmini insider; cui ramus olin& est additus.* Ostendebatur scilicet, offendendi potestatem penes Imperatorem esse; verūm, ob illius clementiam, quiescere, & nō, nisi consulto, torqueri fulmen. Appositissimè Seneca: *Quare, inquit, id fulmen, quod solus Iuppiter mittit, placabile est? Pernitiosum id, de quo deliberauit, & quod alijs quoq; dijs auctoribus misit?* *Quia Iouem, id est, Regem prodesse etiam solum oportet, nocere non, nisi cùm pluribus visum est.*

Senec.  
Nat. q.q.  
li. 2. c. 43.

## §. V.

*Deum fulmina ostendere sepius, quāmit-*  
*tere.*

Vt

Vt tales sint Reges, Principésque: & qui-  
cunq; magnam potentiam, inter homines,  
adepti sunt; vt, non quod falsus monitor,  
verus susurro, aut adulator, atque hinc ira,  
& in vindictam ebulliens superbis sanguis  
suggerit, sed quod equitas, quod ratio, quod  
consilia sana suadent, id statuant & man-  
dant; De vs ipse fulmina non statim expe-  
dit, *quoties homines peccant:* quæ etsi in ma-  
nu habeat, ac potestate, tamen millies, atq;  
iterū millies sinit antè quiescere, quām de-  
cernat vibrare: priùs telum ostentat, quām  
ingerat, *vt fugiant à facie arcus peccatores,* *Psal. 59. 6.*  
quos mauult metu, quām pœnis coërcere.  
Quod si illi differunt, si nauigationem pro-  
rogant, & cū Acessæo, lunam magis oppor-  
tunam expectant, tardántque conuerti ad  
Dominum, & implent mensuram scelerum;  
tunc corusca tela, diu librata & rotata, mit-  
tit, in contumaces, aut eos, quorum Tarta-  
ro digna facinora, omni contumaciâ, sunt  
detestabiliora..

§. VI.

*Cur fulmina dicantur ignis Dei?*

Tametsi enim fulmina, non Cyclopum  
manibus, sed in nube, ipsius naturæ indu-  
striâ, ad terram concutiendam, agrósq; fer-

C 5 tiliores